



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

6. An requiratur patrinus qui confirmandum suscipiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

ARTICULUS VI.

Virum requiratur Patrinus qui confirmandum suscipiat.

R Esp. Affirmativè. Quod probatur ex antiquissimâ Ecclesiæ consuetudine & præcepto, ut patet ex c. *in Catechismo* per Higinum Papam. Et sequenti c. *non plures* per Leonem Papam. Et S. Thomas 3. p. q. 72. art. 10. in arg. sed contra citat Innoc. Papam c. *si quis ex uno* ubi dicitur: *si quis ex uno conjugio filium, aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad Chrisma tenuerit &c.* Unde infert: ergo sicut requiritur quod aliquis baptizatum de sacro fonte levet, ita debet aliquis teneri ad Sacramentum Confirmationis accipiendum.

Ratione etiam probat in corp. *Hoc Sacramentum exhibetur homini ad robur, pugna spiritualis, sicut autem aliquis de novo natus, indiget instructore in his quæ pertinent ad conservationem vite, secundum illud Heb 12. Patres quidem carnales carnis nostræ habuimus eruditores, & reverebamur eos; Ita illi qui assumuntur ad pugnam, indigent eruditioribus à quibus instruuntur de his quæ pertinent ad modum certaminis. Et ideo in bellis materialibus constituuntur*

Duces

Duces &
Et propt
mentum
nâ spiri
per hoc S
spiritual
hoc Sacr
hoc spiri

Pecca
non ad
quam &
Ecclesia
de Bapt
tericus
pax. N
fidei,
pravita

Requ
matus,
dicitur
test ali
baptiza
dinatur
confir
firmati
non er
militiã
miles a
contra
Ter
fide in

Duces & Centuriones per quos alij gubernentur. Et propter hoc etiam ille qui accepit hoc Sacramentum ab alio tenetur, quasi per alium in pugna spirituali erudiendus, similiter etiam qui per hoc Sacramentum confertur homini perfectio spiritualis ætatis (sicut dictum est) ideo ille qui ad hoc Sacramentum accedit, sustentatur, quasi ad hoc spiritualiter imbecillis & puer.

Peccaret proinde mortaliter, qui Patrinum non adhiberet: eò quod ageret contra antiquam & semper observatam consuetudinem Ecclesiæ Nisi fortè (conformiter ad supradicta de Baptismo) non inveniretur alius quàm hæreticus, qui ad istud munus omnino est incapax. Non enim aptus est esse instructor veræ fidei, qui ab illâ transfuga est per hæreticam pravitatem.

Requiritur prætereà ut Patrinus sit confirmatus, prout habetur c. *In Baptismate*. Ubi dicitur *in Baptismate vel in Chrismate non potest alium suscipere in filiolum ipse qui non est baptizatus vel confirmatus*. Et expressè sic ordinatum est in Pontificali Romano, quòd non confirmatus non possit esse Patrinus in Confirmatione. Quod etiam ratio videtur suadere, non enim instructor potest congruè esse in militiâ Christianâ, qui in eadem ipse non est miles ascitus. Ac proinde graviter peccaret, qui contrarium faceret.

Tenetur autem Patrinus confirmatum in fide instruere, cum ad illum finem specialiter

assumatur. Nisi hoc à parentibus, aut tutoribus, aut aliis suppleretur.

Contrahitur spiritualis cognatio eo modo quo in Baptismo, conformiter ad Conc. Trid. sess. 24. c. 2. videlicet inter Patrum & Confirmatum, ejusque Patrem & Matrem. Et hoc licet Patrus non fuerit confirmatus, dummodo sit baptizatus, quia per solum Baptismum factus est capax spiritualis cognationis.

Tametsi autem non conveniat eundem esse Patrum Baptismi & Confirmationis, fieri tamen id potest si necessitas urgeat, ut habetur c. *In Catechismo* supra citato *In Catechismo, & in Baptismo, & confirmatione, unus Patrus fieri potest si necessitas cogit, non est tamen consuetudo Romana.*

Unum autem & non plures adhibendos esse colligitur ex Conc. Trident. ubi sup. cap. 2. dicens *Tenentem* in singulari, postquam pluraliter de Patribus Baptismi fuisset locutum.

ARTICULUS VII.

De Cæremoniis quibus Ecclesia nititur in collatione Confirmationis.

Nolo hinc agere de illis Cæremoniis quæ adhibentur in consecratione Chrismatis,

tis, quæ licet ab sunt my a. 12. E to Conf ribus la de illis q Pastores tempus lum inst omnia e Solu ris 3. p Sacram robur sp versario conveni fronte, p signo cr. debet esse autem l nifesta l linitur manife & Apo manife Secund fessione ter tim tem s propter